

VVINDICHINVS SAXO.

Vitichinus Saxo literis humanis & diuinis erat deditissimus. Vnde ut ijs commodius in cumbere posset, Corbeiensis monasterij ordinis S. Benedicti in Saxonia monachus effectus est. Tum enim temporis monasteria instar Academiarum erant. Itaq; factum ut suis uigilijs breui in ui- rum doctissimum euaserit, atq; multos libros pro sa & metro ediderit. Erat enim ingenio proptus, & industriæ mirabilis. Tādem etiam cum Ottonis magni historiam composuisset, rogātibus amicis, Saxonum Chronica exorsus, magna diligentia ad Ottonis Imperatoris mortem usq; continuauit, ita ut magnam laudē apud omnes acquisierit. floruit

is circa annum Domini noningeniesimum quinquagesimum. Trit.

